A Quemadmodū etiã Epiphanius ipſe in eodē ſermone paulo ſupra inquit, Filium dico, qui ex ipſo eſt, ſanctū aūt ſpiritum, q ex vtroq;. In qua quidē oratione verbū, eſt, dubio procul ſubintelligit. Verbū igitur, eſt, in hac quoq; oratione, ſpūs a patre & filio, ſubintelligi debet, quod etiã hac ratione probabo. In ipſis duabus orationibus, vel(vt dialectice loquar) propoſitionibus verbū, eſt, neceſſario ſubintelligitur. Nã propoſitiones eiuſmodi proprietatem a principio inferūt. Et quemadmodū non eſt proceſſio reſpectu termini a quo, ita & in propoſitionibus ipſis. Et qm̄ habitudo terminum a quo infert, ideo terminum etiam ad quem, neceſſe eſt, inferat. Modus aūt proceſſionis ſancti ſpūs eſt, vt ſubiectū p ipſam proceſſionem accipiat eſſe. ¶ Tametſi vobis, præſtantiſſimi patres, forſan concederemus, vt in hac, quam tractamus theologia, verbum, eſt, ſubintelligatur, q̄uis expreſſum non ſit (poteſt em̄ hic locus aliter etiam (vt ſupra diximus) explanari) nō eſt tamē neceſſe, vt illud, ex patre, vel, ex patre filioq;, paternã perſonam, aut pſonas duas ſignificet, quandoquidem ex ipſo ſermone non aliquã diſiunctionem vel differentiã, qua filius ex patre, vel ſanctus ſpūs ex patre filioq; habeat eſſe, intelligere poſſumus. Vere potius coniunctionem, qua patri filius, ac ſpūs patri & filio cōſubſtantialis exiſtit (vt a doctoribus traditū eſt) ſpiritum ſanctū ex patre filioq;, id eſt ex ipſorum ſubſtantia eē: quãdoquidem eiuſdē naturæ cum patre filioq; pie credit eſſe, proptereaq; ſanctus Cyrillus inquit: Sanctus ſpūs ex patris filijq; ſubſtãtia eſt. Sed redeamus vnde ſumus digreſſi, ne magni Baſilij authoritatē indiſcuſſam trãſeamus, quã bene nondum explicaſti, neq; ad ipſam dilucide reſpondiſti. Ex ipſo (inquit) hoc eſt, ex Mar.

B patre, ſpūs eſt, & non aliunde. Siquidem igitur illud ex patre (ex patris perſona (vt inquis) ſignificat) neceſſe eſt, illud quoq;, non aliunde, nō ex alia pſona, ſignificet. Sin aūt vtrūque ad ſubſtantiã debeat referri, ita vt illud, ex patre, ex ſubſtãtia patris, nō autem, aliunde, nō alia ex ſubſtantia, ſignificet, quandoquidem ipſa ſubſtantia perſonis tribus communis eſt, ac ſanctus ſpiritus patri & filio conſubſtantialis ac connaturalis exiſtit, ſequitur, vt tam illud, ex patre procedere (quod paſſim legitur in ſcriptura ſacra) q̄ illud Epiphanij, ex vtroq;, ad patris filijq; ſubſtantiã referri debeat. Nō igitur eſt credendū, quod ipſe modo dicebas, vt in diuinis, quod ex ſubſtãtia dicitur eſſe, idē ſit ex perſonis. Ideo ergo ſanctus ſpiritus ex patre filioq; dicitur eſſe, q̄ ipſis conſubſtantialis (vt eſt ſupra dictum) exiſtit. ¶ Ex tua oratione, pater reuerende, duas habui concluſiones, vt Iohã. tametſi nobis concederetis verbum, eſt, ſubintelligi, minime tamen ex eo conſequatur, vt eē ſpiritus ex perſona ſit, cuius tamen oppoſitū, reuerēde pater, innitens magni Baſilij authoritati, paulo ante dixiſti. Qui quidē magnus Baſilius, ſi ſic ſenſiſſet, vt a vobis exponitur, ſibi ipſi nequaq̃ cōſtaret, ſed valde cōtrarius eēt, ac duo ſimul oppoſita literis mãdaſſet: quãdoquidē modo (inquit) ex patre, & nō aliunde, modo aūt ſpiritū ſanctum ex filio eſſe. Propoſitã igitur ipſius Baſilij authoritatem in primis diligēter debemus perpendere, id deinde, quod ex ipa conſequi videatur. His dictis ſeſſio miſſa fuit,

C ſancta ſynodo decernente, vt ad diem Iouis proximi conueniret.

¶ Die Iouis. v. menſis Martij, ſeſſio. xix. Florentiæ.

SVperiore ſeſſione, P. amp. magni Baſilij authoritatē, quã in mediū protuliſtis, proferentibus vobis illud, nō aliunde, non alia ex pſona, ſignificare, nobis autem non alia, q̄ ex diuina ſubſtãtia, implicatã & indiſcuſſam reliqmus. Porro aūt magnus ipſe Baſilius in Eunomium ſcribēs ſanctum ſpiritum ex filio habere eē, ſi per illud, non aliunde, non ex alia perſona, vt dicitis, intellexiſſet, duo ſimul cōtraria literis proculdubio mãdauiſſet, q̄d de tãto doctore abſurdū eēt aſſerere, quãdoquidē tales doctores maximū noſtræ fidei fundamentum exiſtūt. Cuius magni Baſilij vetuſtiſſimū librū vna cū duabus expoſitionibus vidimus, ac vnū eius dictū ad propoſitū valde ptinens fideliter in Latinū cōuerti curauimus. Talē ergo, ac tantū teſtem, & antiquiſſimū doctorē coram tot doctiſſimis patribus Latine prius, vel (ſi vobis magis expedit) Græce recitetur, præterq̃ quod inquit, ſpūs nō appellat filius, quonam pacto humana exēpla, & reliqua. Ex qbus patet magnū Baſiliū crediſiſſe, ſanctū ſpiritū ex filio habere eē. In ſequenti vero capite, quod incipit ita, Niſi qs dicat ſpiritū ex deo, eandē ipſam infert cōcluſionē, quod quidē caput, quoniam rationi plurimum conſonat, ac ad propoſitum ptinet, idcirco puto te illud accurate vidiſſe, totum igitur recitetur. ¶ Hæc pater reuerēde, ad propoſitum minime ſpectant, qnquidem ver- Iohã.

Mar.